

ratione similes exprimi vultus: qui autem utriusque parentis figuram reddunt, aequaliter mixto paterno maternoque semine concipiuntur. Avorum proavorumque similes fieri, quia sicut in terra multa semina occulta, sic et in nobis semina celantur 5 figuras parentum redditura. Ex paterno autem semine puellas nasci et ex materno pueros, quia omnis partus constat duplici semine, cuius pars maior cum invaluit occupat similitudinem sexus. In corpore nostro quaedam tantum utilitatis causa facta 146 sunt, ut viscera: quaedam et utilitatis et decoris, ut sensus in 10 facie, et in corpore manus ac pedes: quorum membrorum et utilitas magna est, et species decentissima. Quaedam tantum 147 decoris, ut mamillae in viris, et in utroque sexu umbilicus. Quaedam discretionis, ut in viris genitalia, barba promissa, pectus amplum; in mulieribus leves genae, et angustum pectus; 15 ad concipiendos autem et portandos foetus renes et latera dilatata. Quod ad hominem et ad partes attinet corporis ex parte dictum est, nunc aetates eius subiungam.

DE AETATIBVS HOMINVM. Gradus aetatis sex sunt: in- II
 fantia, pueritia, adolescentia, iuventus, gravitas atque senectus.
 20 Prima aetas infantia est pueri nascentis ad lucem, quae porri- 2
 gitur in septem annis. Secunda aetas pueritia, id est pura et 3
 necdum ad generandum apta, tendens usque ad quartum-
 decimum annum. Tertia adolescentia ad gignendum adulta, 4
 quae porrigitur usque ad viginti octo annos. Quarta iuventus 5
 25 firmissima aetatum omnium, finiens in quinquagesimo anno.
 Quinta aetas senioris, id est gravitas, quae est declinatio a 6
 iuventute in senectutem; nondum senectus sed iam nondum
 iuventus, quia senioris aetas est, quam Graeci *πρεσβύτην* vocant.

1 parentum fig. *K* 2 aequali *K* mix. paternoque sem. *B*¹
 4 nobis] hominibus *CD* 5 pat.] materno *K* (*non D*) 6 et om. *D*
 ex om. *K* mat.] paterno *K* (*non D*) qui *K* (*non D*) 7 invaluerit
K 9 ut sens. . . . decent. om. *K* nasus alii in fac.] infantiae *D*
 10 membr. util. *C* 13 qu. autem discr. *C* promissa *CT*: proluxa *BK*
 14 in mul. ante pect. *C*¹ 15 dilata *C*¹ 17 coniungam *K* (*non D*)
 21 annos *K* pu. est id est *C* puera *B* 22 ad XIII annos *K*
 24 vicensimum octavum annum *K* 25 quinquagesimum annum *I*
 26 aet. est sen. *C* 28 quam] quod *B*: quem *delt.*